



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Jus Canonicvm R.P. Pavli Laymanni, Soc: Jesu Theologi, Et
Olim In Alma Et Episcopali Academia Dilingana SS.
Canonum Ordinarii Professoris**

Laymann, Paul

Dilingæ, 1666

Capitvlm Vlt. Ex parte.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62559](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62559)

778 Decret. Gregor. Lib I. Tit XXXVI. Cap. Vlt.

pella à subiectione eximeretur. Quia remittere idem est, quod dare, iuxta l. 2. ff. de calumniatoribus. Quare sicuti temporale pro spirituali dare simoniacum est, ita & remittere.

2. **NOTANDVM III.** Non refert ad simonia peccatum, utrum aliquis pro beneficio v.g. acquirendo praesentatori, vel collatori multum dederit, an parum; si adfuit intentio reciprocum quasi pactum instituendi. Verum ob dati exiguitatem, saepe presumptio fieri potest, fuisse donum liberale & gratuitum, non datum per modum compensationis pro beneficio.

3. **NOTANDVM IV.** Si constet personas, vel locum olim sive alteri subiectum, presumptio est, adhuc subiectum esse, nisi contrarium ostendatur, arg. l. siue, i. 6. C. de probat. & notat Abb. hic n. 3.

causae, loca, & tempora postulare videbuntur.

S U M M A R I U M.

1. *Toto populo, vel multitudine hominum delinquenti, multum de gravitate penae remitti conuenit.*
2. *Compositio, transactio, & dispensatio ad ea tantum se extendunt, quae in nostra potestate sunt, non ad ea, quae certam ex divina lege constitutionem aut obligationem habent.*
3. *Vbi ius expressum non est, index benignorem partem sequi debet, habita ratione personarum, loci, temporis, &c. Si autem lex expressa est secundum eam index iudicare debet, nisi supremus sit Princeps, qui in lege ex iusta causa dispensare potest.*

CAPITVLUM VLT.

Ex parte.

PARAPHRASIS.

Cum Græci multa perperam contra sacros canones agerent, Cardinalis tituli S. Prae xedis consuluit Honorium III. quidnam ipso agendum esset. Respondit; Quod non tantum secundum canonicas sanctiones procedere possit definiendo, sed etiam componendo, ac transigendo, interdum aliquid de severitate remittens, prout status imperij & delinquentium multitudo exigere videtur. Exceptis tamen, quæ eiusmodi compositionis, aut dispensationis remedium non admittunt: quale est matrimonij Sacramentum, in quo Iudici concessum non est à severitate canonica recederē. In ijs porro, de quibus ius expressum non habetur, æquitate seruata procedat Cardinalis, in miorem partem semper declinando, quatenus personæ,

NOTANDVM I. Si totus populus, seu multitudo hominum deliquerit, multum de gravitate penæ remitti conuenit. De hoc dixi lib 2. tr. 3. c. 12. n. 7. & habetur, quoties à populis i. 4. causa l. q. 7. Et in e. vt constitueretur, 25. d. 50. vniuersim dicitur, interdum esse detrahendum aliquid severitati, ut maioribus malis sanandis charitas facera subueniat.

NOTANDVM II. Compositio, transactio, sicuti & dispensatio ad ea se tantum extendunt, quæ in nostra potestate consistunt; non item ad ea, quæ certam ex divina lege constitutionem, aut obligationem habent: cuiusmodi est matrimonij Sacramentum, & alia eiusmodi.

NOTANDVM III. Vbi ius expressum non est, Index potius benigniora sequi debet, inspectis qualitatibus causæ, personarum, loci, temporis, &c. Sin autem lex expressa sit, secundum eam Index iudicare debet; nisi supremas sit, seu Princeps, qui in lege ex iusta causa dispensare queat, l. i. C. de legibus, c. Iudicet, 4. causa 3. q. 7.

TITV.